

1

7541. In Latin, on parchment: written in 1650 at Padua: 10×7½ in., 7 leaves: with illuminated borders and one miniature.

Diploma of the University of Padua, conferring upon Johannes Paulus Gulientius (Giovanni Paolo Guglienzi) the degree of doctor of canon and civil law, 25 Aug., 1650; subscribed by Bernardinus abbas Sfortia as vicar general. The seal of the Bishop of Padua, formerly attached, is wanting.

7541



IN CHRISTI
NOMINE
AMEN.

VNIVERSIS, & singulis presens hoc publicum Doctoratus Priuilegiū uisuris, lecturis, et audituris Nos BERNARDINVS ABBAS SFORTIA Nobilis Patauinus Sacre Theologie Doctor, et Magister, ac in Epatu Padue Ill.mi ac R.mi Dñi Dñi GEOR=

GEORGIJ CORNELIJ DEI,
et Apostolicę Sedis gratia Episcopi Patauini, Comitisq. Saccensis, nec non Generalis priuilegiati, antiquissimi, ac celeberrimi Archigymnasij Patauini Apostolici Cancellarij dig.mi in spiritualib. ac temporalib. Vicarius Generalis &c; salutem in EO, qui est omnium uera salus.

APVD antiquam, et pręclaram Vrbem Patauinam, quę ueluti omnium scientiarũ Alumna per Italiam uniuersam Clarissimorũ Doctorũ auctoritate, atq. peritia sydereis uirtutum omnium splendoribus obtinet Principatum, eos dumtaxat ad summum Doctoratus gradum, et Magisterij dignitatem, qua cęteris hominum generib. pręferuntur, post diuturnos labores, atq. uigilias presilire contingit, qui rigorosi examinis dubio in certamine probati, apud uniuersos Mundi Principes consulendo, et Vrbes, ac Nationes Iuris auctoritate regendo, resq. publicas gubernãdo, singulari honore, ac Priuilegio digni rectè pos=

possint à cunctis meritò iudicari; quatenus eorũ exẽplo Socij, et Posteri ad capessẽdam uirtutem, ac sũmę probitatis, et laudis decus, honorẽ, et gloriã accenderentur: significamus itaq. uobis, et harũ serie fidẽ facimus, et attestamur, quòd die infrascripta datarũ pręsentium Nos Vicarius antedictus auctoritate pręfati Ill.mi ac R.mi Epi Paduę ex sua Pontificali dig.te cõpetẽte, tàm ex antiqua, et approbata consuetudine Studij pędicti, quã uigore Priuilegiorũ Apostolicorũ fœlicis recordationis Sanctissimorũ Dñorũ Vrbani iv. Clementis vi. et Æugenij iv. Sumorũ Põtificũ, qua fũgimur in hac parte sub Regimine Ill.mi et Gen.mi Viri Dñi Dñi Comitis Gustaui Adami Baner Ioh. F. de Mulhamer Noerbij Berson &c Prorectoris, et Syndici dig.mi; per uenerandum Collegium Ex.morũ I.V.D. eiusdem Archigymnasij Perill.rem D. Io: PAVLVM GVLIENTIVM Perill.mi, Eruditissimi, et Ex.mi I.V.D. Dñi BONAVENTV-

RÆ

RÆ GVLIENTIJ FILIVM {qui post multa, et longa studia, ac meditationes, uariaq. eius probitatis, et eruditionis documenta, ac uberrima testimonia Fidem Catholicam uerbis iuxta Bullę bonę memorię Pij Papę IV. tenorem cōceptis palam, et solemniter coram Nobis professus est} à Promb.s suis adductū, et Nobis oblatū ad subeundū suū rigorosum examen, punctisq. ei in utroq. Iure hesterna die {ut moris est} assignatis, diligenter, et acriter examinandum coram Nobis, et excutiendū curauimus; qui locis persequendis, argumentis tractandis, quęstionibus claré soluēdis, in omni deniq. sui periclitatione adeò egregié, prudenter, docté, honorificé, laudabiliter, excellenter, admirabiliter, et doctoreo more segessit, talemq., ac tantā ingenij, memorię, doctrinę, cęterarumq. rerum, quę in consumatissimo Iurisconsulto requiri solent, uim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud oēs concitauerat, non solum sustinuerit, sed etiā longissimé superauerit; et ob eam rem ab omni=

nibus Ex^mis dicti Sacri Collegij Doctoribus, et publicis I. V. Professorib. ibidē continuè existentib. VNANIMITER, & CONCORDITER, CV̄CTISQ. SVFFRAGIJS, AC EORV̄ NEMINE PENITVS, ATQ. PENITVS DISCREPĀTE, AVT DISSENTIENTE, NEC HÆSITANTE QVIDEM, Idoneus, et sufficientissimus in utroq. Iure fuerit iudicatus, et approbatus, sicut ex eor. omnium uotis Secreto in Scrutinio Nobis in scriptis porrectis euidenter, et perspicuè constitit. Nos itaq. antiquam sequentes consuetudinem, et Priuilegiorum sententiam Patauini Archigymnasij, habita ratione scientię, dicēdi facultatis, methodi interpretādi, mor., ac uirtutū, quor. omniū certissimū specimē {ex=ploratus, et pertentatus} dedit: de consilio, et sententia oīum Ex^mor. prędicti Sacri Collegij Doctor., et Professor. pręsentium, et hoc ipsum postulantium pro tribunali sedentes eundē Perill.^rem D. Io: PAVLV̄ GVLIĒTIV̄ {Vir. quidē do=

doctissimum, et ita uniuersis naturę, artisq; do=
tib' ornatū, ut nihil amplius in eo desiderari
possit ⁊ in DEI Nomine approbauim', et appro=
batū esse uolum'; pronūciantes, ac declarātes eū
esse optimè habilē, idoneū, et dignū munere,
dignitate, officio, ac honore Doctoratus in Iure Pō=
tificio, et Cęsareo, ipsūq; cōtinuò I. V. Docto=
rem fecimus solemniter, et publicè creauim'; ac
p̄ presētes literas facimus, et creamus: tribuē=
tes ei, et cōcedētes tanquā uerè idoneo, ac opti=
mè digno, et hac prom.ne uirtuteq; dig.mo potesta=
tē, et auctoritatē Cathedrā Magistralē ascē=
dēdi, ac insignia Doctoratus à Prom.bus suis pe=
tēdi, et recipiēdi, ac ipsis Prom.bus illa sibi imper=
tiendi facultatē liberā: ac pręterea eidē plenā
in DÑO cōcedētes potestatē, et auctoritatē,
ut de cęterò liberè possit hîc, et ubiq; in toto
orbe terrarū priuatim, et publicè in Can.ca et
Ciuili sapientia legere, repetere, consulere, do=
cere, glossare, interpretari, questiones termi=
nare, Scholas regere, Bacchalaureos constitue=
re, omnib'q;, et singulis uti, et gaudere priui=
le=

legijs, prerogatiuis, exẽptionib. imunitatib. libertatib. cõcessionib. honorib. fauorib. gratijs, ac indultis alijs quib.cũq., quocũq. nomine censeãtur, quib. Romane curie, Parisiensis, Salamaticẽsis Oxoniensis, Papiẽsis, ac Bononiẽsis Studiorũ Doctores, atq. Magistri, et quib.cũq. Apost.ci et Imperialib. seù alijs Eccles.ci uel tẽporalib. cõcessionib. aut iñdultis gaudẽt, et utũtur, uel uti, et gaudere possũt, ac poterũt quomodolibet in futurũ iuxta formã cõtinẽtẽ uim, ac sẽtẽtiã Priuilegiorũ Apost.corum à memoratis olim sũmis Põtificib. huic inclyto Studio, Almoq. Pat.o Collegio, iã cõcessorũ absoluté. Quib. ita gestis, ac declaratis, ut supra Perill.mus et Ex.mus I. V. D. Dñus Comes Tissani in Patria Foroiuliẽsi Dñus Iacob. Caim. Vtinẽsis in 2.do loco de sero Iuris Cęsarei Interpręs, et Promotor pro se ipso, et pro Clarissimis, et Ex.mis I. V. D. et Professorib. uidelicet D. Lælio Mãcino Can.co Politiano hora mat.a in p.o loco Ius Can.cum explicãte; D. Carbõchio de Carbõchijs Perusino hora uesp.a in p.o loco Ius Ciuile declarãte; D. Io: Galuano Pat.o

Pat.° ad lecturã Criminaliũ electo; D. Ant.° Bu[illegible] Ven.° Ab. et Can.co Pat.°; ac D. Zacco [illegible] Pat.° ad lecturã de Regulis Iuris deputato; memoratũ Nob. Vir. p suã luculẽtissimam orationẽ petẽtẽ, et acceptãtẽ consuetis insignibus, et ornamẽtis doctoralibus ibidẽ insigniuit solemniter, et publicè decorauit: tribuit namq. ei I. V. libros p.° clausos, mox, et apertos, annulumq. aureũ digito ipsius induit, ac birettũ doctorale capiti eius imposuit, pacisq. osculũ eidẽ exhibuit cũ Magistrali benedictione. Sic itaq. summa cum laude, ac honore plurimo prefatus Perill.mus D.nũs IO: PAVLVS GVLIENTIVS ad sũmum Doctoratus gradũ (DEO fauẽte) peruenit. In quorũ oĩum, et singulorũ suprascriptorũ fidẽ, ac testimoniũ has nr̃as patẽtes Priuilegij litteras manu nr̃a subscriptas, et p Cancellariũ Epãlem subscribi, ac prefati Ill.mi ac R.mi Epĩ sigilli iussimus appẽsione muniri. Datũ, et actũ Paduę in Epãli Palatio in loco solito examinũ, currẽte An. à XPI Natiuitate M. DC. L. [illegible] Indictione tertia, die uerò XXV. Mensis Augu-

sti.

sti· Pontificatus aũt Sanct.^mi in XPO Patris
et D. N. D. Innocētij ꝫ Diuina Prouidentia
Papæ X. An. VI. Præsentibꝰ ibidē Perill.^ri
et Exmo I. V. D. Dño Fęlice Grandi
Veronensi; et Perill.^ri et Exmo I. V. D. Dño
Iacobo Petenello Patauino; et alijs quam=
plurimis diuersarum Nationum Nobilibus et
Studiosis in magna, et frequenti copia ad pre=
missa testibus uocatis, et rogatis. —
L. D. O. M.

ꝫ Rev. Abbas Sforzia [illegible]

[illegible]

1550.

Laurea del Nob. Gio. Paolo Giuliangi di [illegible]



